

CAPUT XIII.

De Processionibus.

FRUCTUS qui ex Processionibus & peregrinationibus ad loca pia sequi potest, præcipuè triplex est: Primò cedunt in gloriam DEI, & Sanctorum suorum honorem. Secundò opus sunt pœnale & laboriosum, adeoque pro peccatis & pœnis temporalibus satisfactorium. Tertiò frequenter in illis per intercessionem Sanctorum certa à DEO beneficia impetramus, & DEI flagella à Patria, domibus, ac cervicibus nostris avertimus, quomodò avertisse legimus sanctum

atum Greg
 ctos fruct
 certius cor
 vanda fun
 alia in Eccl
 siones ordi
 que in rede
 dem in itin
 Parocho in
 talis, ut in
 te post Cr
 innocentes
 ribus adhu
 tamen & p
 propter vit
 centiam d
 & à Proph
 reliquis ad
 convocant
 cate jejunia

ctum Gregorium. Ut verò dictos fructus ex Processionibus certiùs consequamur, observanda sunt aliqua in itinere, alia in Ecclesiâ ad quam Processiones ordinantur, alia denique in redeundo. Et primò quidem in itinere instituendus est à Parocho inter Personas Ordotalis, ut in primâ acie immediate post Crucifixum parvuli & innocentes, milites quidem viribus adhuc imbecilles, validi tamen & potentes apud DEUM propter vitæ puritatem & Innocentiam deprecatores : Unde & à Propheta Joële *cap. 2.* cum reliquis ad placandum DEI iram convocantur, cum ait : *Sanctificate jejunium, vocate cœtum, congreg-*

*gregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congrega-
 te parvulos, & sugentes ubera.*
 Post illos sequatur Parochus,
 medius inter adultos & pufillos,
 velut Aaron quidam inter vivos
 & mortuos, hoc est inter inno-
 centes & peccatores & quasi vi-
 ctima quædam onerata proprijs
 & populi delictis cum Ecclesia
 ingeminet illa Prophetæ verba:
*Parce Domine, parce populo tuo,
 & ne des hereditatem tuam in op-
 probrium, Miserere populo tuo,
 quem redemisti Sanguine tuo, &c.*
 Parochum subsequantur adulti
 pulchro ordine bini ac bini in-
 cedentes, confitentes se pecca-
 tores, & cum alio Prophetâ cla-
 mantes: *Peccavimus, iniquita-
 tem*

tem fecimus, impiè egimus, & recessimus à mandatis tuis. Daniel. 9.
Postremo loco incedat devotus fœmineus sexus, servans eundem quem Viri ordinem, & simul cum illis misericordiam à DEO efflagitans. Ordine Processionis sic constituto Parochus prætereà in id incumbat, ut omnes ac singuli in Spiritu veræ humilitatis & pœnitentiæ procedant, externam corporis modestiam & gravitatem ad aliorum ædificationem præferentes, in via à risu, confabulatione, & curiosâ oculorum evagatione abstineant, & nunc cantando, nunc etiam orando tempus fallant; ne fortè ipsis in vana colloquia dilapsis peregrinatio fiat
in

in peccatum. Porrò in ipso loco vel Ecclesia, ad quam Processio fuit instituta, videat Parochus ut omnes sacrificio Missæ & verbi divini prædicationi devotè interfint; neque sub divino officio pro negotiorum suorum executione huc illucque discurrant, aut (quod non infrequens est) in cauponâ commestationibus vacent. Denique in reditu servanda est eadem in incessu modestia, & inter orandum sive psallendum devotio, sicut in accessu. Ipse Parochus quoque tanquam bonus Pastor in ordine cum Ovibus suis redire non intermittat, ne qua fortè ex absentia illius confusio in itinere oriatur, & loco Orationis
 vel

PA
 vel cantus de
 vana ab ali
 sceantur: N
 bandus vide
 rum mos &
 misso cum C
 pelo ipsi in l
 remanent c
 pransuri.




CAP

De C

De Qualitat
 Paroc

PRæter ea
 L de fugã
 ularis, add

vel cantûs detractoria aut saltem
vana ab aliquibus colloquia mi-
sceantur : Neque enim appro-
bandus videtur eorum Parocho-
rum mos & consuetudo , qui di-
misso cum Cruce & vexillis po-
pulo ipsi in loco peregrinationis
remanent cum amicis ibidem
pransuri.



CAPUT XIV.

De Conversatione.

§. I.

*De Qualitatibus, quas Conversatio
Parochi habere debet.*

PRæter ea , quæ suprâ diximus
de fugâ Conversationis sæ-
cularis, addendum hic est, quod

M

Con-